

decimā XIII. cōiuncta decimaquinta quinti Elementorū Euclidis demōstratur. Reliqua ergo III. part. ipsius K N, erūt pt. 285. Q̄ cū minima distātia stellæ colligit 3858. hoc loco lineā F G uel F H quæsitā. Quarū similiter A C sunt part. 10000. q̄liū etiā E F ostenfa est part. 9540. Quapropter trianguli F E G, siue F E H rectangu lo duo latera data sunt, erit ppterēa angulus F E G, uel F E H, etiā mutatus. Quarū enim E F fuerit part. 10000, erit F G uel F H part. 4054. subiēdentiū angulū part. XXIII. scru. LII. qbus totus G E H erit part. XLVII. scru. XLV. Sed in infima abside uisę sunt ptes solūmodo XLVI. s. in media similiter pt. XLVI. s. Factus est igit̄ hic utroq; maior in parte una, scru. XIII. Nō q̄ orbis planetæ ppingor sit terræ, q̄b; fuerit in perigæo, sed q̄ planeta maiorē hic circulū describit, q̄b; illic. Que oīa tā p̄sentibus q̄b; pteritis obseruatiōibus sunt cōsentanea, & ex æq̄libus motibus cōfluunt.

Medij motus Mercurij examinatio.    Cap.    XXIX.



Nuenitur enim in antiquioribus cōsiderationibus, q̄ anno XXI. Ptolemæi Philadelphi in diluculo di ei XIX. mēsis Thoth secundū Ægyptios apparuerit Mercurius à linea recta transeunte p̄ primā & secundam stellarū Scorpij in fronte eius existentiū, separatus in cōsequentia p̄ duas diametros lunares, & à prima stella per unā Lunæ diametrū Boreā uersus. Patet autē, q̄ locus primæ stellæ est partiū lōgitudinis CCIX, medietatis & sextæ, latitudinis Boreæ partis unius cū triente. Secundæ uero lōgitudinis part. CCIX. latitudinis Austrinæ part. I. mediæ & tertiæ, siue dextāte, ē qbus cōjciebatur Mercurij locus lōgitudinis part. CCX. medietatis & sextæ, latitudinis Boreæ pars una & dextans ferē. Erant aut ab Alexandri morte anni LIX. dies XVII. scru. XLV. & locus Solis medius secūdū numerationē nostrā pt. CCXXVIII. scru. VIII. & distātiae stellæ matutina part. XVI. scru. XXVIII. crescēs adhuc qd subsequētibus IIII. diebus notabat, q̄ certū erat planetā non dum puenisse in extremū matutinū limitē, necq; ad orbis sui cōtactū, sed in inferiori adhuc circūferētia & ppingore terræ uerari. Qm̄ uero summa absis erat in pt. CLXXXII. scru. XX. erant ad mediū Solis locū part. XLIII. scru. XLVIII. Sit ergo rursus